



Universitätsbibliothek Paderborn

**Acta Synodalia Osnabrvgensis Ecclesiæ, Ab Anno Christi
MDCXXVIII.**

Brogberen, Johannes

Coloniæ Agrippinæ, 1657

Moniales non esse alligandas, ut nulli quam suo (ut vocant) Patri aut
Praeposito confiteantur. 8

urn:nbn:de:hbz:466:1-14298

Matth. 4. matura fortior ad resistendum diabolis infidiis ac jaculis, quam gladius ille spiritus, quod est verbum Dei; quo Christus, in deserto folidarius, jejuniis & orationibus vacans, & nihil feci tentationibus diabolis expositus, retudit omnem diaboli fraudem ac nequitiam. nihil quoque potentius illo ad deiciendos, ac vicissim consolando animos nostros, nihil efficacius ad concitandum mentem in amorem Dei, contemptum mundi, ac omnium quæ in mundo pulchra ac speciosa apparent.

CAP. VII. *Monachi bona indolis ad Academias mittendi.*

Neque Nobis displicerit, ut aliquot ex Monachis' bonæ indolis, ad Universitates publicas & bene Christianas, aliquot annos Theologicis studiis operam navaturi, mitterentur; illuc tamen non alibi, quam in Monasteriis seu Gymnasio, sub cura & oculis præceptorum commoraturi; ne, bonis ac rectis studiis destinati, mores minime monasticos imbibant ac contrahant.

CAP. VIII. *Moniales non esse alligandas, ut nulli quam suo (ut vocant) Patri aut Præposito confitentur.*

Sint prætere in Monasteriis, virginum præfertim, præter Abbates aut Præpositos, alii conscientiarum examinatores ac à confessionibus. Aut saltem virginibus liberum sit, bis aut ter in anno aliis (quos elegerint) probis ac doctis viris, de suorum Superiorum (ut vocant) consensu (quem hi, interpellati, rationabiliter causâ intellecta, nequaquam negabunt) conscientias suas exomologeli exponere exonerareque; ne scilicet adiugatur Monialis, rentis, semper uni homini delicta confiteri. Debent autem hi, qui ejusmodi munere in Monasteriis Monialium funguntur, esse homines vita probatissimæ, ac morum quam maxime inculpatorum, eruditi ac singularis judicii, observaturi ea, quæ supra, ubi de Pœnitentiæ Sacramento tractatum est, delibavimus. Cavebit autem is in primis, criminum non confessorum remembrance; ne virgines dicant, quæ prius nescierunt. Cavebit præterea, nisi res omnino exegerit, duritatem incrementationis, magis intentus ad modestissime argendum, & pientissime vicissim consolandum. Confessiones autem Monialium non privatim audiet, sed in cæterarum conspectu; non tantum ut omne malum, sed & omnis mali suspicio omnino cesseret.

CAP. IX. *Mutatam esse paulatim faciem Monasteriorum, ac usurpatum hospitiij jus, simul cum accessu, moderandum.*

Monasteria; olim virtutum scholæ ac pauperum hospitalia erant: nunc, proh

dolor, videmus ea, quæ virorum sunt, è scholis virtutum, in diversoria militum ac raptorum, quæ verò mulierum sunt, in plerisque locis in suspectas de incontinentia domos (ne quid gravius dicamus) esse commutata. Quam obrem dispiciendum Nobis est, ne tam passim à quibusvis militibus hospitiij jus à Monasteriis vi exigatur, & Eleemosynæ, pauperibus deputatae, improborum luxu devorentur, neve ad Monasteria Virginum accessus, toties à sacris Canonibus prohibitus, patet: & ut, qui deprehensi præter hæc fuerint, offendiculum aut occasionem illis labent, sive intra sive extra Monasteria, dedisse, dignas peccas ferant.

*c. I. de
immu. Ec-
clis. c.
Monast. de
vit. &
hone. b.
Cler.*

CAP. X. *Visitatio Monasteriorum necessaria.*

Visitatione ergo Monasteriorum quam maxime opus esse, intelligimus; quam & Canones nobis imponunt. In hoc vero oportet omnia ad Regulam Ordinis Monastici exigere, nihil non ad pietatem & vitæ sanctimoniam dirigere, & quicquid mali exemplo aut improbae confuetudinis irrepit, penitus tollere ac eradicare. Profecerit quoque hic, examinari Regulas, statuta & confuetudines, tolli superstitiones.

*c. in fin-
gulparag.
Porro
Dixit. de
santu.
Mona-*

CAP. XI. *Sumptuosi Monialium Præ-
positi abrogandi, & frugales øco-
nomi constituendi.*

Habent quædam Monialium Monasteria sumptuosos Præpositos, sub quorum potestate quum omnis Boworum administratio sit, ipfi de redditibus Monasticis luxuriantur; & qui Monasticæ conversationis exemplum esse debuerant, ad mundi delicias revoluuntur; fastidentes interdum similam & melia; interim Monialibus ipsis viii milio & cibario pane rugientes ventrem saturantibus. Sunt quoque Virginum Monasteria, ubi non est vietus & mensa communis, sed mos ille (quem ad Corinthios scribens Paulus, quamvis in longe sacratori convivio, damnavit) quotidianus, nempe quod unaquaque suum cibum præsumit ad manducandum; & alia quidem esurit, alia vero ebria est. Quos abusus tollere necessarium putamus; videlicet, ut, in illorum delicatulorum Præpositorum locum, probi œconomi, à Nobis comprobandi (quorum vietus sit Monastico similis) surrogentur; qui etiam obligati erunt singulis annis rationem de receptis ac erogatis integrum reddere.

*Hieron.
I Cor. II.
c. Oſiſ. 9.
q. 3. c. qui
reliq. 17.
q. 2.*

CAP. XII. *In Monasteriis Monia-
lium, viatum ac mensam commu-
nem esse oportere.*

ITidem ut Moniales viatum ac mensam communem ubique habeant, & quæ pari sunt

P